



*Dilecte Fili,
salutem et Apostolicam Benedictionem.*

Tibi per has litteras significamus in proximo Condi-
torio Nos esse te cooptaturos in Sacrum S. R. E. Cardina-
lium Collegium, ut peculiarem benevolentiam Nostram tibi
pandamus, utque tua erga Ecclesiam promerita huius insignis
dignitatis praemio decoremus.

Scias interea quae tibi per has litteras significavimus,
omnino sub secreto servanda esse, usque dum publici iuris fiant.

Apostolicam Benedictionem tibi ex animo in Domino
impertimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die X mensis Ianuarii, anno
MCMLXV, Pontificatus Nostri secundo.

Paulus P. VI.